ꝺi è ſtatu Veneto effugerũt. Et quæ dixi de perſonis Eccleſiaſticis eadẽ cenſeo, & de ijs, ad quos Interdicti, aliarũq; Cenſurarum executio pertinet ob eaſdẽ rationes l. Illud. ff. ad leg. aquil. & c. cum dilecta. de cõfirm. vtil. vel inutil. Et de quæſtione hac ſatis, ad tertiam tranſeamus.

CAP. III.

Concluſio tertia ſeptem Theologorum.

3 DVx Reipublicę Venetorũ prohibere poteſt, ne interdictũ à Paulo Quinto in Statum Venetorũ latũ ſeruetur.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum primum tertiæ concluſionis ſeptẽ Theologorum quodnam ſit.*

2 *Actor, & accuſator debet probare id, quò ſua actio, & accuſatio nititur itẽ et qualitates huiuſmodi.*

3 *Vſurarium manifeſtum probare volens non debet tãtum probare eſſe vſurarium; ſed & manifeſtũ.*

4 *Aſſertio partis etiam iurata probationis nomine non comprahenditur.*

5 *Cenſura non infertur vis, neq; metus iuſtus.*

SVBLATIS rationibus ſeptem Theologorũ, & improbatis opinionibus duabus eorundem, quibus aſſerebant, Eccleſiaſticas perſonas nõ debere ſeruare Interdictum, & ipsũ ſeruando eas peccare, iam duas alias aggrediamur pertinentes ad Principẽ Reipu. Venetorũ; quarũ prima eſt, ipsũ poſſe prohibere obſeruationẽ eius Interdicti. Altera eſt, ſi id nõ faciat, contingere, ipſum peccare; iam igitur priorem aggrediamur.

Dux Reipub. Venetorũ obſeruationem Interdicti

lati

lati à Pót. Max. in ſtatũ eius ꝓhibere poteſt, ac debet.

Hãc cõcluſionẽ ratione hac probare primò nituntur.

1 Summus † Pontifex eſt is, qui interdicendo ſtatum Venetorum iniquam,& nullam ſententiam tulit.

Ergo abuſus eſt ſua poteſtate.

Ergo vim intulit.

Ergo Princeps ſuperiorẽ nõ habẽs reſiſtere ei poteſt

Ergo & caſtigare eius executores.

Ergo & cogere Eccl.pſonas ad ĩterdictũ nõ ſeruãdũ.

Hæc eſt prima ratio ſeptem Theologorum deprompta ex propoſitione eorundem xvj.quæ vera non eſt.

Primò, quoniam ſuo more proponunt, & pro certo habent, ſententiam Cenſuræ iniquam,& nullã eſſe, vnde autẽ nullitas hęc ſit, vnde iniqua, nullũ verbum faciunt, nullamuè rationem reddunt, quaſi auctoritatẽ ipſorum exiſtiment apud homines eſſe, vt olim Pythagoræ auctoritas apud ſuos diſcipulos, ad cuius dixit diſcipuli eius ſtatim ſilebant. Sed nõ eſt ita, exquo enim ſuum argumentum nititur eo, quod ſententia ipſa iniqua, ac nulla eſt, debebant id probare.

2 Tumquod, † & Actor,& Accuſator, qui aliquid cõtra quẽpiam proponunt, probare id debent. l. qui accuſare C.de edẽd.& l.actor, quod aſſeuerat,& l. fin. & not. DD.C.de ꝓbat. Immò,& cũ ſuis qualitatib.q̃b.ſua actio, vel accuſatio nititur. Hinc, qui dicit, aliquem eſſe vſurarium manifeſtum, quò Eccleſiaſtica ſepultura careat, vel eius teſtamentũ nullũ declaretur, iux.c.quãquã, & c. fin.de vſur.lib.6.& vt ego pluribus egi in Tract.de vſur.

3 cap.24 § 2. & §.5. † Non ſat eſt probare, vſurarium eum eſſe, verùm etiam oportet probare, & manifeſtum, ideſt, cũ illa qualitate, ita Bald.in cõſ.147.lib.5. & Menoch.ac Dec.& alij relat.à Lup.in Tract.de Vſur.Comment.4 in præfat.n.22.verſ.oportet nunc exponere. Ex quo igitur ſententiã iniquam,& nullam inquiunt, quòd

his

his vitijs eſſet affecta, probare debebãt. Tũ quòd probatio neceſſariò cõcludere debet. l. nõ hoc. C. vnd. legit. c. in pręſentia. de probat. Iaſ. in l. ſi conſtãte nu. 125. verſ.
4 Modi ſunt præfati. ff. ſol. matr. † At aſſertio partis, etiã iureiurando affirmata non modò non neceſſariò concludit, verùm etiã nec Probationis nomine cõtinetur. l. eum, qui ff. de iureiur. & Iaſ. in cit. l. ſi cõſtante n. 126. Ex quo igitur ſententiã Interdicti iniquã, & nullã eſſe non probant, quaſi actoribus, & accuſatoribus nõ probãtib⁹, totum eius argumentũ corruit, & nihil ipſi faciunt. c. fin. de iureiur. c. inter delectos de fid. inſtrum. & c. 1. vt Eccl. benef. & cir. qui accuſare, & ibi Iaſ. ac DD.
5 Poſtremò † negatur etiam, per Cenſuras vim inferri; nam nec metus iuſtus per ipſas infertur, vt de excom. dixit gloſſ. in c. cùm dilectus, in verb. violentia. de his, quæ vi, metuſuè cauſ. fiunt, & eam ſequuntur Archid. & Barbat. in c. ab excom. de reſcript. & alij plures, quos refert Mar. Soc. ſen. in d. c. ſacris n. 105. p. 2. c. 3. nu. 12. & ego etiam id aſſerui in Tract. de Cenſur. tab. 2. c. 24. vbi quæſt. hanc diſputaui; nã Cenſuræ medecinæ loco feruntur inprimis, quò ſcil. à contumatia quis reſipiſcat. arg. c. 1. de ſent. excõ. lib. 6. & c. multi 2. q. 1. & in meo Tract. de Cenſur. tab. 1. c. fin. Poſtremò Iudex ſententiã ferendo vim, metumq; inferre non dicitur l. 3. §. 1. ff. de eo, quod met. cauſ. alioquin ſententiæ omnes reſcinderentur, quod abſurdũ eſt. Immò metus, qui iuſtè infertur alicui, non parit actionẽ, nec ſat eſt ad reſcindẽdum actum. l. ſi mulier. ff. de eo, quod met. cauſ. atq; ſic dixit Nauar. in cõſ. 8. eod. quibus ſtãtibus, ceſſant omnia ab ipſis allegata; vnde, & eorum ſententia, cuius contraria veriſſima, ſic improbatur.

Summus Pontifex interdicendo ſtatum Venetorum æquiſſimam, ac validiſſimam ſententiam tulit.

Ergo non eſt abuſus ſua poteſtate.

Ergo

Ergo non vim intulit.
Ergo reſiſti ei de iure non poteſt.
Ergo nec caſtigari executores Interdicti legitimè queunt.
Ergo neq; Eccleſiaſticæ perſonæ ad Interdictum violandum cogi valent.
Sed iam ad aliam rationem tranſeamus.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum ſecundum ſeptem Theologorum, quo ſuã concluſionẽ probare conantur, quodnam ſit.*
2 *Cenſuras in Venetos, eorumq; ſtatum ob præceptum nullum latas eſſe, ſeptem Theologi non probant.*
3 *Sententia Interdicti lati à Pontifice Maximo in Statum Venetorum, eſto non probetur, iuſta, ac valida nihilominus præſumitur.*

§. I.

§. SECVNDÒ ratione hac Concluſio propoſita abhis probatur
1 Sententia † Interdicti lati à Paulo Quinto Pontif. Max. in ſtatum Venetorum, ſicut etiam excom. latæ in ipſum, & in eius adhęrẽtes, ſunt promulgatæ obid, quod ipſe Dux præceptũ, quod nullum erat, recipere noluit.
Ergo Cenſuræ prædictæ, ideſt Excommu. & Interdictum, nullæ ſunt.
Ergo poteſt idem Dux prohibere, ne obſeruentur.
Hæc eſt ſecunda ratio ſeptẽ Theologorum, quæ ex propoſitione xviij. ipſorũ colligitur, quæ ratio omnino nulla eſt; nã tota vis argumenti pendet ab eo, quòd ob præceptum nullum, quod recipere Dux noluit, Cenſuras latas nullas eſſe inquiunt.

2 Vnde † verò id habetur? Vnde probatur? Primùm ipſi hoc nõ probãt;nullam enim rationem reddunt,nullum etiã Canonem allegant, ergo non entis nullæ ſunt qualitates.l.eius,qui in prouincia.§.quid ſi ſtipulatus, & ibi Iaſ.n.3.ac DD. not. ff.ſi cert.pet. facit quoq; l.ſeruũ mihi.§.1.ff.de.act.empt.& c.1.vt eccl.benef.

3 Secundò † neq; id etiã pręſumitur;nam præcepta ſuperiorum,atq; ſententiæ iudicũ iuſta eſſe exiſtimantur; quouſq; de ipſorũ iniuſtitia probatũ eſt, vt dixit Clem. III.in c.in præſentia.de renunc. Tanta enim Iudicis auctoritas eſt(ait)vt ſemper pro ipſo pręſumi debeat, donec aliquid cõtra ipsũ legitimè comprobetur,ita ibi sũmus Pont.& ita not. Abb.ibi n 4. & n.xj. vbi rem hanc pluribus egit Idem dixit Alexãder III.in c.ſicut nobis. de re iud.facit quoq; c.cũ inter vos. eod. & l.iuſtè poſſidet.ff.de acq poſſ.& l.res iudicata.ff.de re iud.& ſic tradunt Abb.in c.quoniã n.19.& Felin.n.57.verſ.Secunda concluſio,& DD.alij de probation.Idquod & in Cenſuris locũ habet,vt de excom.dixit gloſſ.1.in c.curæ,verſ. In omnibus alijs,xj.q.3.& gloſſ.in c.poſt ceſſionẽ. verſ. Præcipuè de ſententia excom.cum ſimil.de probat. Id quod ſi in inferioribus iudicibus verũ eſt, multo magis de Vicario Chriſti Domini pręſumendũ id eſt.Hinc,qui à Romano Pont.non recipitur,nec ab alijs recipi debere,dixit Petrus Apoſt.vt refertur in c.1.d.93.Idẽ Greg. in c.3.ead.d.& Nicolaus Papa in c.nemini.17.q.4.ſit inquit,Nemini eſt de Sedis Apoſt.iudicio iudicare aut illius ſententia retractare permisũ,videl.propter Romanæ Eccleſiæ primatum, Chriſti munere in Beato Petro Apoſtolo diuinitus collocatũ.Hinc Imperatores, ſacrilegij crimen eſſe inquiunt eorum qui improbare audẽt, quod à Principe certa ex ſcientia factum eſt,in l. diſputare C.de crim.ſacr.Ex his igitur apparet, quàm grauẽ iniuriam inerant illi Sanctiſsimæ Sedi Apoſt. qui abſq;

ratione

ratione affirmare Interdictum ab ea latum iniuſtũ, nullumq; eſſe, audent.

Poſtremò probatũ eſt à me in Tract. de Iuſt.& Valid. ipſius Monitorij, ob legitimas, atq; iuſtiſſimas cauſas à Pótifice Max. Cenſuras prædictas latas eſſe, & etiam ex dictis ſupra ſatis id probatũ habetur, exquo præſertim probauimus, Eccleſiaſticas perſonas Interdictum ipſum ſeruare debuiſſe, ac debere.

Cùm igitur probata ratio abhis Theologis non ſit, vnde tota eorũ vis argumenti pendet; & præſumatur ꝓ ſententia Iudicis, ac eius præcepto; & præſertim pro eo, quod à Romano Pont. factum eſt. Ac demum contrariũ aſſertũ ſit, ſcilicet, iuſtiſſimũ præceptũ fuiſſe ipſius Ponti ficis Max. Cõcluſio contraria ratione hac colligi debet.

Sententia excom.& Interdicti lata in Ducẽ, eiuſq; ad hærẽtes, nec nõ ĩ ſtatũ eius, eſt lata ob id, quòd ipſe Dux præceptũ Pont. quod validiſſimũ erat, recipere noluit.

Ergo Cenſurę latæ validiſſimæ ſunt.

Ergo Dux Venetiarum prohibere non poteſt, nec potuit, ne ſeruentur, cuius contrarium Theologi prædicti concludebant. Sed iã ad poſtremã quæſtionẽ trãſeamus.

CAP. IV.

Concluſio quarta, ac poſtrema ſeptem Theologorum.

4 DVx Reipublicę Venetorũ peccat nõ prohibẽdo obſeruationẽ interdicti lati à Paulo Quinto à Pont. Max in Statum Venet.

SVMMARIVM.

1 Argumentum ſeptẽ Theologorum quodnam ſit.

2 Argumentum horum ſeptem Theologorum falſo fundamento ſemper nituntur.

3 Chriſtianus priuatur ob ſuam culpã aliquando vſu

 ſuſci-

ſuſcipiendi ſacramenta, & alia diuina, vt per Excommunicationem, & Interdictum.
4 *Sacerdos ob culpã, quãobrẽ excom. vel ſuſpẽſus, vel interdic. eſt, priuatur vſu ſuas functiones obeundi.*
5 *Homines ſua culpa proprijs bonis aliquãdo priuãtur.*
6 *Ob delictum alterius aliquando quis punitur.*
7 *Mortiferè peccat, qui inter dictũ violandũ curat.*
8 *In excom. incidit, qui interdictu m violandũ curat.*

POSTREMA Cõcluſio Theologorum hæc eſt. Ducem Reipub. peccaturum Interdicti huius obſeruationem non prohibendo.

Hæc autem Concluſio ab ipſis probatur hac ratione.
1 Interdictum hoc eſt Interdictum nullum.

Ergo probabiliter Dux Venetiarum credere poteſt ſi obſeruetur, aut cultum diuinum, diminutum iri, aut ſcandalum naſciturum.

Ergo prohibere illius obſeruationem debet.

Ergo peccat huius Interdic. obſeruationẽ nõ ꝓhibẽ.

Hæc eſt præcipua ratio horum Theologrum pro hac concluſione deprompta item ex propoſitione xviij. quæ nulla omnino eſt.

2 Primò † quoniã ſuo more fulciunt ipſã falſo fundamento hoc, quod pro certo habent, Interdictũ nullum eſſe, obid quod, vt in antecedenti concluſione vidimus, inquiunt, latum eſſe, propterea quod ipſe Dux præceptũ nullum à Pontifice Max. factum recipere noluit. Hæc autem falſa eſſe in antecedentibus concluſionibus probatũ eſt, & vberius in tract. meo de Iuſt. & Valid. Monit.

Secundò, quoniã inquiunt, Ducem probabiliter credere poſſe, ob Interdicti huius obſeruationem diuinum cultum diminutũ iri, & ſcandalũ naſciturũ. Quæ etiam

falſa

falſa eſſe antea cóprobauimus,vt ex dictis patet. Vnum ſcandalū natū eſt tantùm ab ijs,qui Interdictū obſeruandū nó eſſe aſſeruerunt,quoniam & libros,& litteras,nec non Tractatus errorū plenos contra autoritatem, ac poteſtatem Apoſtolicæ Sedis, & Pont. Max. dignitatem, Chriſti Domini Vicariū,ac Petri ſucceſſoré promulgauerunt; & ij in primis, ad quos prædicta tueri ex officio pertinebat, ſcilicet Regulares,ac Theologi, qui de bonis Eccleſiæ quotidie viuunt. Hæc igitur ſcandala orta ſunt,& in ipſis diuinus cultus diminutus eſt. Ratio igitur hæc omnino ceſſat, ac nulla eſt.

Ceſſant etiā aliæ rationes allegatæ, & primò ea, quæ deprompta eſt à Nauar.in c cùm contingat, quandoquidé non probatū eſt abhis ſeptem Theologis(vt ex dictis conſtat) Interdictū nullū, cuius contrariū factum fuit in caſu propoſito à Nauar.de excom. vt habetur ibi, vbi quindecim cauſæ recenſentur nullitatis, quæ diſputatę, ac probatę fuerunt, hic auté nulla ab his probata exquo igit diuerſa sūt, ab vno ad aliud argumétū sūmi nó poteſt,arg.l.Papinianus exul.ff.de min.& l.fin.ff.de calum.

Secundò † etiā ceſſat ratio,quā reddunt,quòd Ciuitates,quæ fidé ſuſceperunt,ſimul & Ius acquirūt, vt in ſuis terris diuinus cultus exerceatur, & ſacramenta adminiſtrentur. Secundò, & cōtractū initum inter populos, & Eccleſię miniſtros,vt ipſi alimenta miniſtris ſuppeditét, ab eis vero ſpiritualia adminiſtrentur. Nā,eſto illa vera ſint,non tamen locū habent,vbi populi legitimè priuati ſunt.Nā ecce,per Baptiſmi ſuſceptioné quis habilis fit, & ius acquirit ad ſacraméta ſuſcipiéda,vt dixit. S. Tho. diſt.4.q.4.art,3.lib.4.& q.63.art.6.in 3.p.& Sot.diſt.6. q.vnic.art.1.& Petr.Sot.eod.lect.3.& 5.& Ego in trac. meo de ſacram.De bapt.c.12. Ité per baptiſmū fit quis particips omniū bonorū Eccl.hoc nobis fides catholica credendam proponit in illo art. Credo Sanctorum

com-

cõmunionẽ, vt Catech.Roman.ibi declarat, & Theolo
gi de fide rectè ſentientes cõmuniter interprætantur.Et
tamẽ his omnibus ob culpã ſæpius Chriſtiani priuãtur;
nã excom.recipere ſacramẽta legitimè non poteſt, nec
ſuffragiorum Eccl.eſt particeps ob excom. latam pro-
pter contumaciam latam, vt habetur in c. pen. de ſent.
excom.& ibi DD. & Ego in tract. meo de Cenſur. Tab.
2.c.7.& c 9 §.1.vbi pluribus rẽ hanc egi. Itẽ, vbi inter-
dictus eſt,nec ſacramentorũ particeps eſt, nec diuinis in
tereſſe poteſt c.ſi ſentẽtia,& c.is,cui de ſent.excom. lib.
6.& vt abũdè tract.ĩ eod.tract.tab.5.c.9.cũ ſeq. & c.12.
4 Item † ſacerdotes per characteris ſacerdotij ſuſce-
ptionẽ poteſtatẽ conficiendi corpus,& ſanguinẽ Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti ſuſcipiunt,nec nõ peccata dimittẽ
di c.1.§.præsbyterũ,d.5.& ita Trid.Synod.ſeſſ.14.de ſa
cram.pœnit.c.6.& tamen ob eorũ culpam vſu eius pote
ſtatis priuãtur,ſcilicet,per excom.interdictũ, & ſuſpen-
ſionẽ c.1.de re iud.lib.6.& tot.tit.de cler.excom.min.&
vt ego probaui pluribus in eod.Tract.de Cenſur. tab. 4.
c.6.per irregul.etiã,vt ꝓbaui ĩ tract.meo de irreg.c.64.
5 Poſtremò † & dominio rerũ ſuarũ(quod de iure gẽ-
tiũ,vel ciuili nobis acquirimus.c.ius naturale eſt cõmu-
ne diſ.1.& c.ius gentiũ.ead.d.& l.1. & tot.tit. ff. de acq.
rer.dom.& §.ſingularũ de rer.diuis.in inſtit.)quis ob cul
pã priuatur, vt ob crimen læſæ maieſtatis in Deũ, vel in
Principẽ.c.cũ ſecundũ leges,& c.quicunq; de hæret.lib.
6.& l.quiſquis C.ad leg.iul. maieſt. cũ ſimil. & ob alias
cauſas Eſto igitur iura illa Veneti haberent,ob interdi-
ctũ tamẽ legitimè latum iuſtè priuantur.Nec facit,ſi di-
catur ſua culpa prędictis nõ priuari;nã interdictum hoc
locale ob culpã Principis,vel Rectoris loci fertur, vt in
ipſis etiã ipſe puniantẽ,vt dicitẽ ĩ c.ſi ſentẽtia.de ſẽt. excõ.
6 Nec † abſurdũ eſt in hiſce pœnis pręter ipſum, qui
delictũ cõmiſit, & alios pœnã aliquam pati;nam & filij
hære-

hæreticorum bonis paternis priuantur ob patris delictum, iuribus ſupra citatis, & infamibus illis vrbib' igne conſumptis infantes plures periere, & ita gloſſ. ſum. 1. q. 4. Mirandū igitur nō eſt, ſi ob Præſidentium culpā Veneti iacturā aliquā bonorum ſpiritualium faciant. Concluſio igitur ſeptem Theologorum falſiſſima eſt, ſcilicet, peccare ipſum Principem, ſi interdicti obſeruationem non prohibeat, atq; impediat.

7 Immò † contra potius, mortifero peccato obligātur, qui illud violandum curant.

8 Nam † excom. ſunt ipſo iure, qui Eccl. perſonas celebrare cogunt interdicti huius tempore, nō ſeruata forma c. fin. de ſent. excom. lib. 6. & moderatione prædicti monitorij; vt habetur in Clem. grauis, & ibi not. DD. de ſent. excom. Ergo mortiferè peccant; nā excom. pro mortali cōtumacia tantum infertur, inferri vè debet; c. Epiſcopi, & c. nam ſi Epiſcoporum, & c. nullus. xj. q. 3. & vt not. gloſſ. in cit. viribus, & in c. duo ſūt, d. 96. & Abb. in c. ex parte 1. n. 3. de verb. ſign. & Couar. in c. alma p. 1. §. 9. n. 1. de ſent. excom. lib. 6. Et ego pluribus egi in eod. Tract. de Cenſur. tab. 2. c. 27. Idq; meritò, nam ſi peccatis, cuius autoritate celebratur, & diuina fiunt, vbi cenſura violatur, vt tradidit gloſſ. in c. fin. in verb. Celebrari, & ibi Anchar. n. 4 de priuileg. & Abb. in c. illud n. 8. & Soc. n. 15. de cler. excom. min. & Couar. in eod. c. alma p. 1. §. 6. in fin. cum ſimil. cit. à me in tract. de Cenſur. c. 14. §. 1. n. 1. multomagis, qui aliquos cogant Cenſuras, ac interdictum violare, arg. Auth. multomagis C. de ſacroſ. Eccl.

Item non ſolùm in excom. vnā inci dunt, verùm etiā in plures, ſcilicet in tot, quot ij, qui ad celebrandum ab ipſis coguntur. Pluribus enim excom. excommunicari quis poteſt, vt dixit gloſſ. in c. egeltrudam 3. q. 4. & in c. ita quorundā. de iudæ. & in c. 2. §. quod ergo, in verb. Non

Non iteratur,& c.officij.de ſent.excom. communis denique DD.ſententia eſt,vt probaui in tract.de Cenſur. tab.1.c.16.§.3.vbi quæſt.hanc pluribus diſputaui.

Ex his omnibus igitur apparet,rationes ſeptẽ Theologorum nullas, & idcirco eorundem opiniones falſas eſſe. Quare pro certo habebimus ipſis opinionibus contrarias opiniones veriſsimas eſſe,ſcilicet.

Primò,Eccleſia. perſonas interdictũ ſeruare debere.

Secundò,non ſeruando ipſas peccare.

Tertiò, Principem interdicti obſeruationem prohibere non poſſe,nec debere.

Quartò prohibendo eius obſeruationem, & ipſum grauiter,ac mortiferè peccare, & in cenſuras incidere.

Quare hi Theologi ſeptem prudentius, atq; ſanctius feciſſent,ſi ab huiuſmodi ſcribendi genere ſe abſtinendo omni ſtudio,atq; cura Venetorum Reipublicæ, eiuſdemq; Principibus viris ſuadere conati eſſent, vt Pontifici Max.Chriſti Domini in terris Vicario obtemperarent;eiuſq; pręcepta,qua decet obſeruãtia,ſuſciperẽt. Hæc enim agendo(quæ non indigna Chriſtiano nomine,quæ non aliena à Sacerdotij amplitudine,ab eorũq; Religione ſunt, ac demum, quæ Theologorum ſtudijs maximè ſunt conſentanea) apud omnes ſummam laudem,glorioſumq; nomen ſibi comparaſſent; ac tandem poſt huiuſce vitæ curſum ab eodem Chriſto Domino, cuius Vicarij iuſtiſsimas partes tuendas ſuſcepiſſent, æternam,ac beatam vitam conſecuti eſſent.

FINIS.

99 95327